

V<sup>o</sup>  
S<sup>o</sup>

JOHANNIS PEZELII  
OPUS  
MUSICUM  
SONATARUM PRÆSTAN-  
TISSIMARUM SENIS INSTRU-  
MENTIS INSTRUCTUM.

*ut*  
2. Violinis, 3. Violis & Fagotto



*Seu*  
Violono  
adjuncto Basso Continuo.

*Ad modernam suavitatem concinnatum, & ad  
petitionem plurium luci datum.*

~~BASSUS CONTINUUS.~~



*Violino  
Primo.  
B. 1694  
7. Parties.*

FRANCOFURTI ad Mœnum,

*n<sup>o</sup> 643.*

Typis & Sumptibus Balthazaris Christophori Wustii, Senioris.

ANNO MDC LXXXVI.

*Vm 1489*



*Magnificis, Nobilissimis, Amplissimis, Excel-*  
*lentissimis ac Prudentissimis*

Inclytarum Hexapolews Superioris Lusatiae  
Rerumpublicarum

# Dnnn. CONSULIBUS

ET

## SENATORIBUS RELIQUIS SPECTATISSIMIS,

*Dominis Patronis & Fautoribus meis magnis*

*Salutem & Prosperitatem omnigenam*  
 *dico & opto.*

**S**ane ea ingenii natura atque consuetudo est hu-  
mani, ut indies aliquid suave aveat audire atque jucundum. Ni-  
hil autem ferè cor & aures hominis magis afficit, quàm præcla-  
ra Musica. Hæc enim meritò Palladium à supremo Numine  
cælo delapsum dici potest. Namque uti omne bonum à DEO  
donum; ita & Musica est ab eo bonorum datore omnium. Hoc  
ipsum intuens exclamat Plutarchus: *Omnibus modis veneranda*  
*est Musica, cum sit Deorum inventum.* Hinc & Socrates & Plato Pythagoriciquæ  
omnes juvenes in Musicis instrui & exerceri non ad lasciviæ fomentum, sed ad mentis  
laxamentum ad motusque animi juxta regulam rationemque moderandos commu-  
ni lege sanxerunt. Natura quippe juvenum oblectamentorum per omnia cupida,  
suavi hæc Musices honestate, honestaque suavitate ad illa ducitur solamina, quæ ho-  
nestam oblectare valent senectutem. Hæc ipsa est, quæ curas fugat, iram reprimat,  
concordiam nutrit, Heroum mentem ad fortia facta impellit & excitat, moresque com-  
ponit. Quamplurima probant hunc exempla effectum. Timotheus in arte Musica  
celeberrimus, cum in convivio Phrygium incepisset cantum, usque eò Regem Alexan-  
dram incitavit, ut statim ad arma capienda prosiliret: atque eundem iterum mutatâ  
modulatione reduxit in convivium. Empedocles tutum & incolumem ab inimicis  
hospitem suum Musicæ artis præsidio servavit. Quid Terpander & Arion, nonne ci-  
ves suos à gravissimis eripuerunt morbis Musicis cantionibus? Sic Xenocrates lym-  
phaticos modis curavit organicis. Thales Cretensis citharæ suavitate morbos fu-  
gavit & pestilentiam. Asclepiades Medicus per Symphoniam mentes phreneticorum  
restituit sanitati. Quemadmodum verò triplex aliàs Musica jactatur & laudatur:

Vocalis, Poëtica seu Rhythmica, & Instrumentalis; ita hoc ipsum meum quale-quale  
*Opus Musicum* proximè ad ultimum hoc genus, quò Musici instrumentis tangendis,  
aut inflandis, aut pulsandis artem suam ostendunt, accedit. VOS verò, *Viri Magnifici*,  
quod hujus *Senis Instrumentis instructi Operis* Patronos, Defensores ac Protectores elegerim,  
Vestra Integritas, Vestra Comitas, Vesterq; erga Musicam Musicesq; Cultores favor  
& amor facit. Hocce igitur Opus Musicum æquâ quæso tollite mente & mihi meis-  
que constanter favete. DEUS Ter Opt. Max, Vos Vestrasque Respublicas in hoc  
calamitosissimo seculo gratiosissimè conserveat, tueatur atque defendat, pacem atque  
tranquillitatem Religioni & Regioni constantem & perpetuam largiatur, hostes ac ad-  
versarios procul amoliatur, præprimis verò *Harmoniam Hexapolitanam* suavissimo  
concordiæ concentu retineat. Valete. Dabam Budissæ die 21. Martii Anni  
MDC LXXXV.

V. V. V. V. V. V.

*Magnif. Amplitud. & Prudent.*

*studiosissimus Cultor*

**JOHANNES PEZELIUS**  
Musici Instrumentalis Director,